

Bullarum prius confici quamdam minutam seu proto-

collum ipsarum litterarum, quæ ex ſtylo Curia vocatur

Definitur autem à Rebuffo in Praxi parte 1. tit. de

Signatura gratia: "Scriptura in papyro conſcripta, à

Post hæc ponitur conſeſſionis Papæ declaratio, quæ

Ex his patet, iſtam Signaturam omnia in effectu

Quomodo & per quos Signatura expeditur juxta

XI. Cùm ipſa Signatura contineat luminatum non

XII. Hinc notat Chokier ad Regulam Cancellaria

XIII. Hic ſtylus Curia, qui effectu & exercitium

XIV. Regula hæc per poſteriores Pontifices nonni-

addidit initialia hæc verba: Cum ante confeſſionem

Juxta antiquam expreſſionem Regula dubitatur

XV. Itaque inſpectis verbis Regulae prout hodie eſt

XVI. Porro, quia ipſa Signatura eſt minuta ipſarum

XVII. Vult quoque Rebuffus in Praxi parte 1. tit.

Proſequitur dein n. 7. "Secundo ratiſtinge (hanc

XVIII. Hinc inferi n. 9. "Practica ergo eſt in Fran-

XIX. Quin teſte Claudio Fleurii citato c. 21. "Poſt-

De eodem uſu Regni Gallia teſtatur Perardus Ca-

ſtellus in ſæpius citata Praxi Curia Romana pag. 162. di-

XX. Ad evitandas autem fraudes, noviffimè cautum

XXI. Exhibet idem pag. 530. integram Signaturam

XXII. Hiſce in Provinciis ſequimur citatam Regulam

XXIII. Verùm ſive vi ſimplicis Signaturæ, ſive littera-

Rebuffus in Praxi Beneficiorum exponens Signaturam

Præcipuas clauſulas in tribus hiſce partibus Signaturæ

CAPUT IV.

De exprimendis in prima & ſecunda parte Signaturæ.

- 1. Debet exprimi nomen Supplicantis; & cuius ſit Diæceſis.
2. Papa non facile providet exteris ob ignorantiam idiomatici juxta Regulam Cancellaria, quæ referitur.
3. Aliqua ex hac Regula ſublata, & quare.
4. Aliqua addita; & ratio additionis.
5. An Regula de omnibus Beneficiis Curatis intelligatur?
6. Hac Regula in jure Divino fundatur.
7. Non admittitur ejus derogatio in Gallia; nec in Belgio.
8. Exprimendum Beneficium vacans ejuſque qualitates.
9. Regula Cancellaria de qualitatibus exprimendis.
10. Verus valor exprimendus juxta Regulam Cancellaria, quæ exhibetur.
11. Olim non debebat valor exprimi.
12. Exprefſio valoris præcipue ſit ob taxationem annatarum.

- 13. Annata in plures ſpecies dividuntur; & unde ſic dicta.
14. Prima ſpecies annata; & pro quibus Beneficiis ſolvenda.
15. Secunda ſpecies; & quare dicta commune ſervitium.
16. Tertia ſpecies qua dicitur minuta ſervitia.
17. Quarta ſpecies dicta quinquennium; quando ſolvatur.
18. Nonnulli credunt Joannem XXII. annatarum auctorem.
19. Alia Beneficium IX.
20. Certum eſt hodiernam annatarum formam primùm à Beneficio IX. inductam & qua hæc forma.
21. Annata hodie non comprehendit fructus unius anni.
22. Ad annatam conſtituendam vetus valor exprimendus.
23. Beneficia non conſiſtorialia ſolent exprimi ſub valore ducatorum auri de camera.
24. Nunquam inquiritur vetus valor horum Beneficiorum.
25. Ratio inducæ conſuetudinis.
26. Ubi hæc conſuetudo locum habeat.
27. Clauſula expreſſionis veri valoris hodie in huiſmodi Beneficiis eſt meri ſtyli.
28. Beneficia conſiſtorialia non taxantur juxta vetum valorem.
29. Exiguus eſt in Belgio uſus Regula de exprimendo vero valore.
30. Exprimendum eſt Beneficium ante obitum.
31. Ratio hujus expreſſionis.
32. De Papa Signatura, ejuſque diverſa forma.
33. Effectus diverſi ſingularum formarum remiſſivè.



Prima pars Signaturæ uti & litterarum ſive Bullæ continet ipſam ſupplicam partem.

Hic debet non tantum nomen ipſius Supplicantis exprimi, ſed etiam cuius ſit Diæceſis, nempe Diæceſis in qua ſitum eſt Beneficium quod petitur; ratio eſt, quia Papa facilius providet indigenis, quam exteris, ait Rebuffus in expoſitione prima partis Signaturæ.

II. Ad hæc quia exteri frequenter non callent, ſaltem perfectè idioma loci, etiam hæc ratione non facile Papa exteriſ providere intendit, ſaltem de beneficiis curatis; idque juxta Regulam 20. Cancellariae De Idiomatico, quæ hodie hoc tenore exprimitur: "Item voluit, quod ſi contingat ipſum alicui perſona de Parochiali Eccleſia, vel quovis alio beneficio exercitium curæ animarum Parochianorum quomodolibet habente, providere, niſi ipſa perſona intelligat, & intelligibiliter loqui ſciat idioma loci, ubi Eccleſia, vel beneficium huiſmodi conſiſtit, proviſio ſeu mandatum, & gratia de ſuper quoad Parochialem Eccleſiam, vel beneficium huiſmodi nullius ſint roboris vel momenta."

III. Hæc Regula nonnihil diverſa eſt ab antiquis. Imprimis enim in antiquis habebantur hæc: Vel mandare provideri; vel gratiam expectativam concedere: quæ è Regula ſublata ſunt indubiè ob Decretum Concilii Tridentini, quod mandata de providendo & expectativa ad vacantiam abolevit.

IV. Addita autem ſunt à Gregorio XIII. & Succefforibus: Vel quovis alio Beneficio exercitium curæ animarum quomodolibet habente; ut nimirum includantur omnia beneficia curam animarum habentia, qualia ſunt ſimplicia, cui licet non ſint curata Beneficia, ſed ſimplicia ſub diſpoſitione tamen huius additionis comprehenduntur, ait Chokier ad hæc Regulam n. 7.

V. Interim quod hic de beneficiis curam animarum habentibus generaliter dicitur, indubiè intelligi oportet de

de cura respectu populi, qui patrio idiomate dirigendus est: alioquin si cura dumtaxat concernat Clerum, sub hac Regula hujusmodi beneficium non comprehendetur. Quia licet Provifus non intelligat idioma loci in quo beneficium est situm novit tamen idioma quo indigent hi quorum cura sibi incumbit: atq; ita cessat ratio ipsius Regulæ.

Ut quid enim Regula peritiam idiomatis loci in quo beneficium situm est requirit nisi quod ignorans hoc idioma nesciat eos, quorum curam habet, instruere, ad bonum incitare, confessiones eorum audire, aliaq; eis subsidia spiritualia subministrare, quæ cura animarum requirit?

VI. Unde quem admodum jure Divino mandatum est omnibus, quibus cura animarum commissa est, ves suas verbis Divini prædicatione, & Sacramentorum administratione pascere, ut loquitur Synodus Tridentina *sess. 23. c. 1. De Reform.* similiter jure divino tenentur idioma populi, cujus curam habent, callere: quia sine hujus peritiam ea præstare nequeunt.

VII. Quare notat Rebuffus in additione ad hanc regulam, in Francia non admitti dispensationem contra illam regulam, quæ est (ait) *juris Divini*. Neq; in Belgio admitti posse similem dispensationem, ut insinuavit Edicta Regia, quæ nullam de *non residendo* clausulam in provisione beneficiorum Curatorum admitti volunt, non aliam in finem, quam ut similia beneficia obtinentes per se curam animarum subire cogantur, quod sine notitia idiomatis fieri nequit: Quare in Edicto Caroli V. de 20. Octob. 1541. expressè cautum est, non concedendas litteras *Placessi* super dispensatione *imperitiam idiomatis* quoad beneficia Curata, Habetur & Edictorum Flandriæ *lib. 3. Rubrica 1.*

VIII. In supplica non tantum exprimentum beneficium vacans, sed & beneficij qualitates, quæ possent Pontificem forsan ad annuendum postulationi reddere difficiliorem, v.g. an beneficium sit curatum vel non, si Dignitas, si personatus, item si beneficium sit electivum.

IX. De hac qualitatibus expressione est Regula Cancellariæ, quæ hoc tenore exprimitur: "Item voluit quod super beneficiis Ecclesiasticis, de qualitatibus illorum, videlicet an dignitates, personatus vel officia sint, eisq; imminet cura animarum, & ad illa consueverint qui, per electionem assumi, mentio fiat; alijs gratia defuper factæ sint nullæ. Et si qualitates hujusmodi affirmativæ, vel conditionaliter non exprimentur, negativa expressè defuper fiat in beneficiis, quæ tales qualitates, vel ex eis aliquas consueverint habere.

De qualitatibus conformiter ad hanc regulam, & stylum Curie Romanæ exprimentis, videri possunt Chokier in commentario ad eandem regulam, & ab eo citati.

X. Insuper valor beneficij de stylo Curie Romanæ exprimentus est juxta regulam Cancellariæ *De exprimentendo valore Beneficiorum in impetrationibus*, quæ decernitur, "quod in gratis, quibusvis personis de beneficiis vacantibus, seu certo modo vacaturis, fieri contingerit illorum, & aliorum quorumcumq; beneficiorum, quæ dictæ personæ tunc obtinuerint, seu de quibus eis fuerit provisum, vel concessum, aut mandatum provideri, *verus annuus valor*, per marchas argenti, aut sterlingorum, vel libras Turonensium, parvorum, seu florenos auri, aut ducatos, vel unicas auri, seu aliam monetam secundum communem æstimationem exprimat, nisi personæ prædictæ, beneficia, quæ tunc obtinuerint, aut in quibus, vel ad quæ jus eis competit, juxta ipsarum obligationes, aut alias dimittere teneantur. Alioquin gratia prædictæ sint nullæ. Et idem servetur in gratis, quas à Sanctitate sua motu proprio emanare contigerit, quoad beneficia tamen, de quibus per Sanctitatem suam pro tempore providetur, seu provideri mandatur, aut alijs disponitur, ac litteris, per quas pro tempore ad Ecclesiarum Parochialium, & Cathedralium, ac Mo-

nafteriorum regimina promotis conceditur, ut Monasteria, & alia beneficia Ecclesiastica secularia, & regularia per ea obtenta, & in quibus, & ad quæ jus eis competit, retinere possint.

XI. Ad hanc valoris expressionem reflectens Panormitanus ad *Cap. AD AURES De Rescriptis nu. 4. ait*: "Puto quod circumscripto stylo Curie non sit de jure veteri necessarium facere mentionem de quantitate valoris: quia beneficium debet principaliter conferri propter spiritualia: temporalia autem veniunt accessorie ad spiritualia. Sed quia hodie ut plurimum conferuntur beneficia propter temporalia, ideo fuit ordinatum & est de stylo Curie, ut fiat mentio de valore: tamen bene considerando, non est provisio inutilis: quia dispensatio temporalium non debet cuiq; committi; sed secundum qualitatem personæ debet committi dispensatio.

XII. Varias editæ hujus Regulæ rationes à variis adduci notat Gomefius in præmio ad hanc regulam: "Nam quidam (ait) existimantur eam editam causâ tollendæ avaritiæ, ne scilicet per taciturnitatem valoris, aliquis ultra merita, & plusquam oportet, de beneficiis Ecclesiasticis caperet, & ita per falsam valoris expressionem debitus dispensationis modus Papæ [cui est hæc cura à Deo demandata] tolleretur. Quidam verò propter annatas, ne defraudarentur, regulam factam misissent existimant. Et istorum opinio magis recepta videtur, ex eo quia regula ista de valore, adheret taxis annatarum. Nam videmus quod in beneficiis, in quibus non solvitur annata, non exprimitur valor, ut patet in monasteriis Montialium & hospitalibus datis ad administrationem.

XIII. Nomen *Annata* esse nomen generis quod in varias species dividitur, monet Fagnanus ad *Cap. PRÆTEREA Ne Prælatis vices suas &c.* Annatas autem sic nuncupantur (ait) quia omnes debentur ex fructibus primi anni beneficiorum vacantium.

Prima species est annata propriè dicta; & hoc modo assumit nomen speciei, ait Fagnanus.

XIV. Annata sic sumpta solvitur (ait Fagnanus) pro omnibus beneficiis inferioribus præter Episcopatus & Abbatias Confortiales & est dimidia pars veri valoris annui fructuum beneficii vacantis, & hæc integrè summo ipsi Pontifici relinquatur.

XV. Secunda species est *commune servitium*, quæ est certa quantitas pro quolibet Episcopatu vel Abbatia Confortiali secundum antiquam taxam solvendam.

Dicitur *servitium*, quia juxta vulgare Italicum quolibet datio nuncupatur *servitium*, sive debita sit, sive non inquit, Fagnanus. Dicitur autem *commune*, quia ejus dimidium tribuitur Papæ, reliquum S. Collegio Cardinalium inter ipsos Cardinales præsentibus dividendum.

XVI. Tertia species Annatæ sunt *minuta* servitia, quæ sunt quinque portuncule, quæ secundum proportionem taxæ fructuum Episcopatus vel Abbatie inter certos Papæ ministros & Officiales dividuntur, Fagnanus *ibid. n. 12.*

XVII. Quarta species annatæ vocatur *Quindennium*, quæ à prædictis differt nomine tantum & accidentalit temporis præfinitione, quia de quindecim in quindecim annos, juxta Constitutionem Pauli II. abolitis alijs solutionum annatarum terminis usq; ad sua tempora observatis, pro beneficiis perpetuo unius solvitur ab illis, in quorum favorem talia beneficia sunt unita, ut in Extrav. *Decret Romanum*, Fagnanus *num. 13.*

XVIII. Annatarum originem plures referunt ad Joannem XXII. in Extravagante 11. *De Præbendis* inter communes ubi reseruat Sedi Apostolicæ fructus & proventus primi

primi anni beneficiorum vacantium inferiorum Episcopatus & Abbatibus, in verbis, "Præsertim cum Archiepiscopales & Episcopales Ecclesiæ, ac regulares Abbatæ ab hujusmodi solutione fructuum, ut dicuntur in dictis litteris eximantur."

XIX. Ob hanc exceptionem & quia suam reservationem ad triennium restrinxit, credunt alii, huic Pontifici originem annatarum adscribi non posse, sed earum auctorem esse Bonifacium IX. qui anno 1392. durante scismate, in gravescensibus rei pecuniariæ difficultatibus, ob continuos armorum fregores sanxit, ut redigendum ex omnibus sacerdotiis, quæ à Sede Apostolica conferuntur, vestigium, quæ primo labente anno obvenirent, dimidia pars in fiscum Pontificium inferretur.

Hæc Odorycus Raynaldus ad annum 1392. *num. 5.* qui & ad annum 1399. *num. 12.* refert verba Theodorici Niemi, quibus testatur, hanc Pontificem primos fructus unius anni omnium Ecclesiarum Cathedralium & Abbatiarum vacantium suæ Camera referuisse.

Id ipsum de eodem Pontifice scribit Platina in ejus vita; qui addit, quod annata ab ipso imposita tantum conficeret *dimidiam* partem proventus primi anni: Annatarum usum beneficij Ecclesiasticis primus imposuit [ait] hæc conditione, ut qui beneficium consequeretur, *dimidiam* annui proventus Fisco Apostolico persolveret.

XX. Quid sit de primo auctore, ac primigenia annatarum origine, certum est, quod forma quæ hodie in solutione & exactioe annatarum tenetur primum inducta sit à Bonifacio IX. quem admodum notat Fagnanus loco citato n. 10. dicens: "Antea enim per Pontifices exigebantur mediamentibus eorum Commissariis, fructus integri unius anni per triennium, tertia pars quolibet anno, reliquis duabus tertiis partibus provisio relicta. Sed Bonifacius ut consulere ipsis provisio, & obviam iret extorsionibus, quæ per Commissarios committebantur, reduxit Annatæ solutionem ad medietatem valoris annui fructus, cum onere taxæ, ut provisio anticipatæ de propriis pecuniis in relaxatione suarum litterarum eam solveret. Et propterea in relaxatione supplicationis fiebat obligatio in Camera de illam solvendo; & sic litteræ in totum expediebantur quæ retentæ in Camera Apostolica relaxabantur, mediante quietantiâ Theaurarii.

XXI. Deinde monet, hinc patere non ideo *annatam* vocari, quod complectatur fructus omnes unius anni; sed quia solvitur ratione fructuum *primi anni*; vel quia dicta annata, per Bonifacium IX. introducta, successit in locum reservationis, quam antea Pontifices facere consueverant pro suis, & Romanæ Ecclesiæ necessitatibus de omnibus fructibus, & proventus unius anni beneficiorum ad tempus vacantium, quæ exinde usque ad triennium, aut quinquennium, vel aliud tempus, in certis designatis provinciis vacarent: quos quidem fructus pro se, & Camera Apostolica Romani Pontifices per suos Collectores percipiebant.

XXII. Ut ergo Annata justè taxari posset pro ratione fructuum beneficiorum, exprimentus est juxta hanc Regulam & stylum Curie Romanæ *verus* valor beneficiorum vacantium secundum communem æstimationem.

XXIII. Verum hodie consuetudo tam in Gallia, quam in Belgio invaluit ut valor omnium beneficiorum, exceptis Episcopatus, Abbatibus, aliisque *confortialiter* conferendis exprimat sub taxa 24. *ducatum auri de Camera*; tametsi *verus* eorum valor secundum communem æstimationem ascendat etiam ad triplum & amplius illius taxæ.

Unde formula consueta in omni supplicatione & provisione hujusmodi Beneficiorum est: *Quod illorum proventus valorem annum 24. ducatum auri de Camera non excedat.*

XXIV. Unde quoad hujusmodi Beneficia nunquam fit examen aut inquisitio circa proventus Beneficiorum, in ordine ad veritatem hujus expressionis, sed sive exigui sive magni & notabiles sint Beneficiorum proventus, semper hæc formula servatur; neq; umquam ob falsam valoris expressionem provisio, ut sub-vel obreptiua impugnetur.

XXV. Quæ sit hujus consuetudinis seu styli origo, incertum est. Hoc constat, vi Concordatorum Germaniæ Beneficia, quorum proventus non excedunt valorem 24. florenorum de camera à solutione annatarum esse immunita, in verbis: *Sed de Beneficiis, quæ valorem 24. florenorum auri de Camera non excedunt, nihil solvitur.*

Cum ergo Principes sæpius institissent apud Romanos Pontifices pro moderatione Annatarum, verisimile est, tandem obtentum esse, ut Beneficia & Dignitates non confortialia exprimerentur sub expressione istius taxæ Cameralis 24. ducatum auri de Camera: ut sub umbra talis taxæ Cameralis, immunitas Annatarum sine aliorum consequentia tribueretur, ut loquitur Zypæus *Consil. 6. De Rescriptis n. 2.*

XXVI. Ut sit de occasione inductæ consuetudinis, certum est, eam non tantum in Belgio & Gallia, sed & in Hispania & Germania invaluisse, uti ex Chokier ibi notat Zypæus; additq; id ipsum ample etiam expressum fuisse in quadam decisione Rotæ Romanæ data 20. Novemb. 1624. verba eò spectantia ex originali ibidem exhibens; ubi notandum, quod expressè dicitur, hoc inductum fuisse per Concordata, *ut evitetur solutio Annatæ in Curia.*

XXVII. Hinc patet, clausulam expressionis valoris in hujusmodi Beneficiis hodie tantum esse meram formulam styli; nec significare verum valorem Beneficiorum non excedere 24. ducatos auri de Camera, sed vi consuetudinis fat notæ nihil aliud significare, quàm hæc Beneficia solutioni Annatarum non esse subiecta.

XXVIII. Similiter licet Episcopatus & Abbatia Confortiales etiam nunc hodie Annatas seu *servitia communia* solvere debeant, nihilominus verus eorum valor, qui nunc est secundum eorum communem æstimationem, non exprimitur: sed secundum antiquam taxam Cancellariæ Romanæ, quæ semper retinetur; quemadmodum notat Fagnanus ad dictum *Cap. PRÆTEREA*.

XXIX. Hinc facile intelligitur, non esse hodie hinc in partibus magnum usum hujus Regulæ; atq; cessare questiones circa illam moveri solitas, quas apud Chokier aliosque ejus Commentatores videre licet.

XXX. Non tantum Beneficium pro quo supplicatur exprimentum est cum omnibus suis qualitatibus; sed etiam quantumvis exiguum ante obtentum *Cap. 23. De Præbendis in 6.* ubi dicitur, quod si ad petitionem alicujus Beneficium conferatur à Sede Apost. provisio sit nulla, si quantumcumque modicum Beneficium ante obtentum taceatur; neque defectus hic suppleretur, etsi Provifus vellet Beneficium illud statim dimittere; uti notat Rebuffus in *Praxi parte 1. tit. De Forma novæ provisionis.*

XXXI. Cum enim pluralitas Beneficiorum sit contra sacris Canonibus, nunquam Papa censetur velle eam probare, nisi saltem de ea prius certior factus sit, ut habitâ notitiâ dispiciat, num justa sit causa dispensandi.

XXXII. Post supplicam sequitur Signatura, quæ subinde ponitur ab ipso Pontifice sub hac formula *Fiat ut petitur*, cum appositione primæ litteræ sui nominis Baptismalis v.g. *Fiat ut petitur A.* in Signatura modernæ Pontificis Innocentii XII. qui ante Pontificatū vocabatur Antonius